

[69v] Ecclesia parochialis titulo sancti Gieogii [sic] loci Algagirole

Que potius oratorium dici potest, tamen est satis capas [sic] populi.

Tectum satis tutum a pluia et tegulis coopertum.

Pavimentum ex cal[c]e constructum in quo defossata sepulcra apparent.

Parietes dealbatos habet absque fenestris.

Duo hostia satis tuta.

Vasa aque benedictae tolerabilia.

In medio inest divisorium lapideum et hinc inde sedilia muro inherentia.

Altare

Est satis ad formam.

Idem etiam et portatile.

Bradella pariter tolerabilis est.

Palio et tobaleis ac candelabris ferreis munitum.

Retro altare inest quedam fenestella in qua nonnulla asservantur et in ea(?) extat sacrarium.

Campanile inarcatum cum unica campana.

Habet etiam quodam tintinabulum pro celebratione missae.

In ecclesia in parte inferiori extat quodam solarium elevatum in quo confratres societatis sancte Crucis conveniunt ad eorum officia peragenda, et ad illud ascenditur per scalam ligneam.

Suppellectilia dicte ecclesiae

Un calice con la sua patena d'argento.

Tre para di corporali, otto purificatori.

Paramenti sacerdotali cinque forniti.

Cinque palii da altare di seta et di panno.

Cinque tovaglie, un baldachino di seta, un missale.

Due cotte, il libro rituali, due croce di legno depinte,

que omnia asservantur in capsia existenti prope sedem episcopalem in dicta ecclesia.

Eucharistia

Asservatur in tabernaculo ligneo inaurato et depicto, tamen fere ex vetustate consumpto.

[70r] Habet conopeum sericum cerulei coloris.

Clavis ostioli minime argentata et alliis coalligata.

Intus non totum sericum vestitum.

Desuper umbellam habet ligneam.

Huiusmodi sacramentum eucharistiae asservatur in pixide argentea et ea utitur ad deferendum viaticum ad egrotos.

Habet quidem(?) tabernaculum ostensorium sed caret suo vase vitreo.

Lampas ante ipsum continuo ardet expensis totius populi absque tamen lampadario.

Extat in dicta ecclesia societas Corporis Domini, que habet regulas minime a reverendissimo ordinario confirmatas.

Defert huiusmodi sacramentum ad infirmos indutus stola et cotta, concomitantibus hominibus deferentibus baldachinum et luminaria accensa et temporibus pluiviosis lanternonos.

Circa huiusmodi celebrationem tam erga infirmos quam in comunibus generalibus servat formam sanctae matris Ecclesiae et recte se gerit.

## Baptismus

Baptisterium extat in medio ecclesiae super divisorium, fere diruptum et in nihilo ad formam.

Intra annum per tres vices renovat aquam baptismi et veterem per sacrarium existentem intus altare emittit.

Imponit infantibus nomina san[c]torum.

In huiusmodi sacramenti celebratione servat formam ritualis et satis recte se gerit.

### Olea sacra

Asservantur in vase stamneo forma oblonga tribus spatiis distincta et literis desuper descriptis.

Oleum infirmorum minime separatum.

Nullam habet bursam pro huiusmodi sacramento ad infirmos deferendo.

In administratione eiusde[m](?) sacramenti servat formam ritualis et satis recte se gerit.

### [70v] Penitentia

Confessionnale extat in choro dictae ecclesiae a latere dextro altaris satis tolerabile.

Caret tamen tabellis necessariis.

In eo audit confessiones penitentium stola et cotta indutus.

Non tamen egrotos.

In imponendis penitentiis et in aliis que ad huiusmodi penitentiae sacramentum pertinent satis recte se gerit

### Matrimonium

Publicavit vulgari lingua decreta concilii Tridentini super reformatione matrimonii.

Ante illius celebrationem tribus diebus festis debitas emittit in ecclesia enunciationes et illud in ecclesia stolla et cotta indutus administrat.

Sponsi prius peccata sua confitentur, et si inter eos aliqua sequeretur carnalis copule [sic] quod ad sui nutritiam [sic] perveniret illos denunciat ordinario, a quibus offertur nescio quid.

Explicat ipsis vim huiusmodi sacramenti et gradus affinitatis.

Describit nomina contrahentium in libro particulari.

Temporibus quibus nuptie interdicte sunt non celebrat huiusmodi matrimonii sacramentum.

Et circa illius administrationem servat formam sancte matris Ecclesiae et ritualis recteque se gerit.

### Parochus

Ecclesiae parochialis supradicte est pater Andreas Aleriensis, etatis annorum triginta sex.

Non ostendit literas suorum ordinum, minusve dicti sui beneficii, quas dixit habere in loco Nexie.

Reditus predicti sui beneficii asserit ascendere ad scutos circiter viginti, quos libere percipit.

[71r] Ecclesia habet domum canonicalem, ipse vero cohabitatur in alia domo cum matertera, sorore, nepoti ac famulo.

Parochia est unita ex foculariis numero quadraginta.

Numerus vero animarum ducentum, quas tamen non describit.

Nulli extant tumultuantes in ecclesia, minusve impediētes libertatem ecclesiasticam.  
Pueros non docet doctrinam christianam ex illorum defectu, continuo incidit in habitu et tonsura clericali.

Habet inimicitias et per viam defert arma.

Non describit nomina mortuorum.

Extat in ipso loco quidam ludimagister.

Nulli in parochia extant incantatrices, minusve artem malefactorum et super[s]titionem exercentes.

In reliquis [etc.].

[...]

#### Chiesa di San Giorgio dell'Argagliola

[\*\*\*]ci il pavimento et non si lasci [\*\*\*]astare con il seppelire i morti [\*\*\*]are si chiudi quelle che vi sono.

[La compag]nia di Santa Croce ch'è in quella chiesa osservi quanto habbiamo ordinato nei decreti generali.

#### Eucharistia

Quanto prima si potrà si provegha di un altro tabernacolo per il santissimo sacramento essendo quello hormai troppo vecchio e consumato e fra tanto si fodri quello di dentro alla forma de decreti generali.

Al tabernacolo piccolo si provega del vetro alla forma de decreti generali.

Conforme a quali osservi anco e provega di tutto il resto.

#### Battesmo

Si provegha del battisterio alla forma prescritta ne decreti generali con tutte l'altre cose necessarie come in quelli si è ordinato.

#### Olei sacri

Si faccino i vasi alla forma prescritta nei decreti generali e particolarmente il vaso dell'estrema ontione sia separato dagl'altri.

#### Penitentia

Provegha delle tabelle per affigere al confessionnale [272r] prescritte nei decreti generali et ne[ll'administratione?] di questo sacramento oss[ervi qu]anto in ess[i] ordinato e par[tico]larmente [\*\*\*] le confessio[ni] [\*\*\*] [cotta] e stola a[\*\*\*] gli infermi [\*\*\*] cotta e stola se [\*\*\*] di necessità.

#### Parocho

Fra termine di otto giorni esibis[ca] dinanzi a noi o del reverendissimo ordinario le [letere de] suoi ordini et della collatione del b[eneficio].

Provegħa dei libri prescritti ne [decreti generali].

Procuri di reconciliarsi con i suoi [nemici?] e di vivere con più buoni essempl[i] che ha fatto fin qui.